Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8252
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Memor esto verbi ps dd
tui servo tuo · in quo
mihi spem dedisti Hec me
consolata est in humilitate mea ·
quia eloquium tuum vivificavit
me Superbi inique agebant
usque quaque · a lege autem tua
non declinavi Memor fui
iudiciorum tuorum a seculo domine · et
consolatus sum Defecerunt te
nuit me · pro peccatoribus derelin
quentibus legem tuam Cantabiles mihi erant iustificationes
tue · in loco peregrinationis mee
Memor fui nocte nominis tui
domine · et custodivi legem tuam
Hec facta est mihi · quia iusti
ficationes tuas exquisivi Portio mea domine · dixi custodire
legem tuam Deprecatus sum
faciem tuam in toto corde meo
· miserere mei secundum eloquium
tuum Cogitavi vias meas
· et converti pedes meos in testimonia tua Paratus sum et non
sum turbatus · ut custodiam
mandata tua Funes peccatorum circumplexi sunt me · et legem tuam
non sum oblitus Media
nocte surgebam ad confitendum
tibi · super iudicia iustificationis
tue Particeps ego sum omnium timentium te · et custodientium
mandata tua Misericordia
tua domine plena est terra iustificationes tuas docet me ps dauid
Bonitatem fecisti cum servo
tuo domine · secundum verbum
tuum Bonitatem et disciplinam
et scientiam doce me · quia mandatis tuis credidi Priusquam
humiliarer ego delinquebam propterea
eloquium tuum custodivi Bonus
es tu · et in bonitate tua doce me
iustificationes tuas Multiplicata est super me iniquitas
superborum · ego autem in toto corde
meo scrutabor mandata tua
Coagulatum est sicut lac cor
cor · ego vero legem tuam meditatus sum Bonum mihi quia
humiliasti me · ut discam iustificationes tuas Bonum mihi
lex oris tui · super milia auri et
argenti Manus tue domine fecerunt me et plasmaverunt me da
mihi intellectum ut discam man
data tua Qui timent te videbunt
me et letabuntur · quia in verba tua
supersperavi Cognovi domine
quia equitas iudicia tua · et
in veritate tua humiliasti me